numquam accidit aliquid aduersi Et
ponit exemplum ibi de regulo
qui secundum captiuitatem tormentorum
gloria maiore habuit Vn Greg
moral. vj° Ci inquit per ame
na prata ad eternam venit qui
proprijs vite prospera aduentum
duxerit Vn Job 18 Precipitabat
eum consilium suum scilicet mulcedo pros
peritatis Vnde Seneca epistola
31 Res inquieta felicitas que
animum exagitat mouet cerebrum
et de vno genere ad aliud incitat
quosdam per superbiam alios per luxu
riam istos inflat alios mol
lit Quam obrem Valerius li° 7°
ca° 2° narrat dictum Salomonis
dicentis Neminem dum viuit esse
beatum quia subiectus est Ibidem
etiam narrat qualiter cuidam quere
nti quis beatus esset respondit Neo
inquit beatus est ex his quos tu
felices putas sed ille beatus est
qui miser a te creditur quasi dicat quod
bona temporalia nullum beatum faciunt
Attendendum est enim quod multi diui
tes fuerunt qui postmodum corrue
runt sicut de pluribus narrat Va
lerius li° vj° b ca° vltio sicut
de Crasso qui locupletissimus fuit
et postmodum egenus factus deri
sorie ab omnibus vocabatur Ibidem etiam
narrat de Cassio qui apud Ro
manos valde claruit intantum
ut diceretur patronus senatus post
modum tamen in conspectu fori romani
a carnifice laniatus est De temporalibus
igitur non est gloriandum Vnde

Augustinus de verbis domini sermone
3 Magne inquit virtutis est cum feli
citate temporali luctari ne alliciat
ne corrumpat subuertat Vn ad phil
lippenses 4° Ibi omnibus institutus
sum / satiari humiliari et habundare
Super quo Greg super Ezechielem
li° 2° Omelia 1 Magna inquit
est ars et mira facere disciplina
atque toto cordis nisu distenta viri
liter sustinere prospera et aduersa
Et ideo Seneca li° de prudentia
Fugite inquit delicias fugite
eneruatem felicitatem qua animi
madescunt et si extiterit periculo
sissima est atque mentes ad ymagina
tiones vanas euocat Cur igitur
confidunt homines in virtute sua et
in multitudine diuiciarum suarum glo
riantur

## Capitulum secundum de pauperibus et eorum statu

Paupertas de se non est ma
lum sed pauper quoniam
mali et quod optimum
est scilicet celum potius paupertate quam di
uicijs emitur Vn Jacobi primo
Nonne deus elegit in hoc mundo
pauperes Nam desiderium pauperum
exaudiuit dominus inquit propheta Nar
rat enim Gregorius circa finem sui dya
logi / qualiter ipse prohibuit / ne
fratres sui accederent ad quendam
religiosum in morte prohibuit etiam
ne ipsum sepelirent eo quod ipso vi
uente habuit tres aureos quos
iussit proici super eum in detesta
tionem sue cupiditatis O quanta dif
fidencia si credas egere aut pi
ce dum eterno regi famularis

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/hs161/0261
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg